

Bibliothèque numérique

medic@

Monstreuil, Maurice de - candidat /
Beauchesne, Jean - président. - An
convulsioni quartana superveniens,
bonum ?

1615.

Paris

Cote : ms 74 n°505

505

MORBORVM capitalis hostis Natura, omni arte prior, potior, potentiôrque, quibus facultatibus optimam vitam tutatur, iisdem lapsam sanitatem restituit; nec solo narium calore, actionum omnium opifice, sed & morbo morbum, quasi clauo clauum trudit: sic ophthalmiam diarrhoea, lienteriam *ἰσχυρὰ*, lethargumque phrenitis soluit, sic febris *μικρὴ καὶ συχνή*, vehementiorem ad hypochondrium dolorem, grauedinem & rauedinem radicis, vel etiam citrà recidit: metum exterminat, sic & conuulsionem quartana.

CONVULSIO est musculi inuoluntaria caput versus contractio, in qua interdum cerebrum, interdum spinalis medulla locus affectus est: si cerebrum, partes omnes tam è diuerso, quam è directo acturum retorquentur: hinc insultus epilepticus (quem humor melancholicus & pituitosus, quem vtrique bilis profert) vniuersum neruosum genus incellit: si spinalis medulla, *in quodam loco* in qua ceruix prona, *interdum totius* lumbina, *interdum* recta & immobilis rigescit. Denique pro varia neruorum varias in partes propagatione particulares insoleunt convulsiones. Ex his aliæ per idiopathiam, aliæ per lymphiathiam hunt, omnis omnium causa ad inanitionem atque plenitudinem referenda.

IN ANITIONEM, quæ alimentarium & primigenium nervorum succum funditis exhauriunt, causæ molliuntur. Pharmaci ut elebori, & antimonij vis cfrænsis, febris ardens, sanguinis profusio, vigiliæ, inedia, bilis mordaciumque humorum acrimonia & orgasmus, cholera, quæ, ut & alia, lethalis est, nisi lipityijs febribus superaccedat. Quæ in nervo non sunt fixæ, & ob exactum sensum per condolentiam, ut frigida qualitas, mordax, acris, à punctura scorpionis, veneno, sordibus ventriculi, vteri, ulceris, lumbricorum fæctore, metu, pullulascunt, tertiam non constituunt species, nec omnino medicamentorum conatus elidunt.

PLENITUDO proficiscitur ab vberitate humoris crassi vel sanguinem congelantis, vel visquedato meatus obturantis, vt perennis spirituum animalium *ἀνία* & effectus prohibeatur. Hinc pituitosi & melancholici crebrius affliguntur hoc affectu: cuius cause proximæ congestio materię & affluxus vaporis crassiusculi, vnde nervosę musculosęque partes affluentius, quàm par est, offeruntur. In mulieribus imprægnatio, vel spermatis corruptio, si veteris suone citare defraudetur, vel secundinæ retentio, cui *ἄγνος ὄντας πέπλος* bonum. Remotæ autrinsa constitutio, hycmalis tempestas, vitæ dissidens ratio, & quæ *ῥῆθ' ἐνὶ σπλάχνῳ* prouentum suggerunt copiosiore.

CONVULSIO ex humida materia stabulatur in nervo minore cum periculo, quàm quæ sicca est, licet nervus natura sicus. Hæc curatur concoctione & evacuatione: proinde diæta præstò adit *λεπτομαλὴ καὶ ἀπορροήσιμος*, primum venæ sectio, exinde catharsis: sed imprimis quartana febrium securissima (modo spontè, non artis industria superueniat) salutaris est. Illa si quid parietibus nostri corporis tenacius inhaereat suo rigore per sudores, per vomitus, atque per alui dejectionem foras eliminat; Illa inquam vi sui caloris partim superfluum humorem digerit, partim frigidum concoquit, quæ præcipuè sunt curandæ convulsionis indicationes.

Ergo convulsioni quartana superueniens, bonum.

Afferebat Lutetia MAVRITIVS DE MONSTR'OEIL Parisinus, Anno R. S. 1615.